



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Accusare

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

da erit distinctivè ; Si verò non æquè primò, vel cum dependentia, tunc copulativè erit sumenda p. 9. tr. 7. ref. 2.

ACCESSVS AD MONIALES.

Accessus ad Moniales omnibus prohibitus. A summo Pontif. & Sacra Cong.

1. Accessus ad monasteria Monialium est omnibus, tam laicis, quam Ecclesiasticis veritus in cap. per- enulofo, de statu Regul. in 6. cap. Monasteria, de vita, & honest. cler. Et peculiariter Religiosis ex decreto Sacrae Congregationis, jussu D. N. Sixti V. è lito, an. 1590. Accedere autem dicitur ad monasteriũ, qui ad eum locum se transfert, ut Monialem alloquatur, inspiciat, vel ab illa inspiciatur. Ita Bonacina de cluf. 43. punct. 1. in fine. Adverte, quod in cap. Monasteria, prohibetur frequentatio monasterii monialiũ. Sed quavis Flamas in meth. Cura. App. §. 4. teneat frequentantes sine causa legitima peccare mortaliter: ego tamen cum Sanchez in sum. tom. 2. lib. 6. cap. 16. n. 120. id non probo, si sint scandala, pravus finis, &c. Quamvis scandalum fere semper adht, p. 3. tr. 2. ref. 48. §. Et tandem.

Et alicubi, etiam ab Episcopo Sed an prohibito Episcopi comprehensio dat monasteria subdita Regularibus?

2. Præter leges Papales prædictas, extat alicubi constitutio Episcopalis prohibens sub excommunicatione, ne quis ad Monasteria Monialium, accedat & alloquatur. Quæ excommunicatio secundum Riccium apud Bariolam Aph. v. Episcopus, §. ult.; incurritur etiam ab eo, qui accedit ad monasteria subiecta Regularibus; quia Episcopi per Trident. facti sunt Sedis Apost. delegati pro conservanda Monialium claufura. Genuensis apud eundem ibid. id negat. Bonacina de cens. disp. 1. quæst. 1. punct. 11. num. 9. distinguit, & incurritur inquit accedentes, quia accessus fit in territorio Episcopi, non incurritur verò alloquentes, quia alloquutio fit in loco exempto, p. 5. tr. 9. ref. 71.

Discors opinio.

Vide V. Alloqui Moniales.

Alloquens conversæ monialium incurrit in censurâ Episcopi.

3. Alloquentes eum conversis Monialium incidunt in censuras latis ab Episcopo; & Regulares in pœnas. Dec. Sixti V. & S. Congreg. Joseph de Ianuario, & alii, p. 10. tr. 14. resol. 5. sic etiam al-

loquentes cum monialibus per signa, vel per nutus, ibid. DD. vers. sed si aliquis.

Per signa & nutus etiam: Peccat mortaliter.

4. Regulares alloquentes cum monialibus absque licentia, peccant mortaliter Pax Iord. & alii ibid. resol. 52. & incidunt in excommunicationem ab Episcopo latam. Congr. Card. 9. Aprilis 1587 ibid. ref. 53. & qui licentiam indiffinitam obtinuit potest toties, & quoties opus fuerit: alloqui cum Monialibus. Joseph de Janu. & alii ibid. ref. 54.

Legandus censura Episcopi. Potest cum indefinita toties & quoties.

5. Quamquam Moniales non respondeant, alloquentes ipsas, incidunt in censuram latam contra loquentes cum Monialibus. Merolla tom. 1. disp. 1. cap. 2. num. 589. Ac per talia Statuta alloquentes & colloquentes pro eodem accipi certissimum est. Hæc latè p. 10. tr. 14. ref. 49. verb. sed Ego.

Alloquentes & colloquentes pro eodem accipiuntur.

6. Stante decreto Urbani VIII. per quod concedit, quod Episcopi possint dare licentiam Regularibus colloquendi cum Monialibus in primo gradu, ac secundo sibi conjunctis per 4. vices in anno, poterunt illam negare, quia decretum non est ut debeant, sed ut possint, quatenus sibi visum fuerit in Domini Bordon. in Miscell. cas. conse. decis. 222. quem laudo. part. 10. tract. 14. ref. 1. Vide. Alloqui Moniales.

Episcopi possunt negare licentiam loquendi, etiam in diebus permittibus.

ACCUSARE.

1. Potest quis accusare aliquem, qui occidit patrem, fratrem, &c. & doler de ea re, & offert sufficientem pecuniarum satisfactionem pro damnis indallatis. Arriga. & Judex dilationem faciens secluso animo vindictæ dilatio est omnino licita. Diana p. 10. tract. 16. ref. 43.

Potest accusare. Licita est dilatio.

ADULTERIVM.

1. Adulterium est illicitum cū persona conjugata concubitus. Triplex autem est. Primum, conjugati cum soluta. Secundum, soluti cum conjugata. Tertium conjugati cum conjugata. Est gravius peccatum fornicatio: Nam continet totam illius malitiam, & pra-

Adulteriũ quid, Et quales peccatum. Ex adulterio cum promissione contrahitur: imprudenter & criminu.